In nomine sc̄e & indiuidue trinitatis. incipit prefatio Seueri sulpicii. De uita sc̄i martini ep̄i & confessoris.

SEVERVS DESIDERIO FRATRI CARISSIMO SALVTE͂.

Ego quidem frater unanimis libellum quē de uita sc̄i martini scripserā. sceda sua n̄ promere. & intra domesticos parietes cohibere decreuerā. quia ut sum natura infirmi. iudicia humana uitabā. ne quod fore arbitror. sermo incultior legentib; displiceret. omniumq; rep̄hensione dignissim̄ iudicarer. qui materiā disertis merito scṗtorib; reseruandā impudens occupassem. Sed petenti tibi sepius negare n̄ potui. Quid enī esset. quod n̄ amori tuo uel cū detrimento mei pudoris impenderē. Ea fiducia tibi libellum edidi. qua nulli a te prodendum reor. quia id spopondisti. Sed uereor ne tu ei ianua sis futurus. et emissus semel. n̄ queat reuocari. Quod si acciderit. & ab aliquib; eū legi uideris. bona uenia id a lectorib; postulabis. ut res potius quā uerba p̄pendant. & equo animo ferant. si aures eoꝝ uitiosus forsitan sermo pculerit. quia regnū dei. n̄ in eloquentia sed in fide constat. Meminerint etiā salutē sclō n̄ ab oratorib; s; a piscatorib; p̄dicatā. cū utiq; si utile fuisset. id quoque dn̄s prestare potuisset. Ego enī cum primū animū ad scribendū appuli. quia nefas putarē tanti uiri latere uirtutes. apud me ipse dicliei. ut solecismis n̄ erubescerē. quia nec magnā istarum unquā rerū scientiā contigissem. & si quid ex his studiis oli fortasse libassem. totū id dissuetudine tanti temporis p̄didissem. Sed tamen ne nos maneat tam molesta defensio. subpresso si tibi uidet̄ auctoris nomine libellus edatur. Quod ut fieri ualeat. titulū frontis erade. quo muta sit pagina. & quod sufficit loquat̄ materiā. n̄ loquatur auctorem. Explic̄ Prima p̄fatio. Itē alia eiusdē operis.

PLERIQUE MORTALIUM studio & glie seculari maniter dediti. exinde p̄henne ut putabant memoriā nominis sui quesierunt. si uitas clarorū uiroꝝ stilo illustrassent. Que res utiq; n̄ p̄henne quidē s; aliquantulū tamē concepte spei fructū afferebat. quia et sui memoriā licet incassū p̄pagabant. & p̄positis magnoꝝ uiroꝝ exemplis. non parua emulatio legentib; excitabatur. s; tamē nichil ad beatā illā eternamq; uitā. hec eoꝝ cura ptinuit. Quid enī aut ipsis occasura cū seculo scriptoꝝ suoꝝ glia p̄fuit. aut quid posteritas emolumenti tulit. legendo hectorē pugnantē. aut socratē philosophantē. cum eos n̄ solū imitari stultitia sit. sed n̄ acerrime etiā impugnare dementia. q̄ppe qui humanā uitā presentib; tantū actib; estimantes. spes suas fabulis. animas sepulchris dederint. Siquidē ad solā hominum memoriā se p̄petuandos crediderunt. cum

hominis officium sit. perhennem pocius uitam quam perhennem memoriam querere. non scribendo aut pugnando. uel philosophando. sed pie. sancte. religioseque uiuendo. Qui quidem error humanis litteris traditus. in tantum ualuit. ut multos tam emulos. uel manis philosophie. uel stulte illius uirtutis inuenerit. Unde facturus mihi operepretium uideor. si uitam sanctissimi uiri exemplo aliis mox futuram perscripsero. quo utique ad ueram sapientiam et celestem militiam diuinamque uirtutem. legentes incitabuntur. in quo ita nostri quoque rationem commodi ducimus. ut non inanem ab hominibus memoriam. sed eternum a deo premium expectemus. quia et si ipsi non ita uiximus. ut exemplo aliis esse possemus. dedimus tamen operam. ne ille lateret qui esset imitandus.

Igitur sancti martini uitam scribere exordiar. et que uel ante episcopatum. uel in episcopatu gesserit. quamuis nequaquam ad omnia illius potuerim peruenire. Adeo ea in quibus ipse tantum sibi conscius fuit nesciuntur. quia laudem ab hominibus non requirens. quantum in ipso fuit omnes uirtutes suas latere uoluisset. quamquam etiam ex his que comperta nobis erant. plura omisimus. quia sufficere credidimus. si tantum excellentia notarentur. Simul et legentibus consulendum fuit. ne quod his pareret copia congesta fastidium. Obsecro autem eos qui lecturi sunt. ut fidem dictis adhibeant. neque me quicquam nisi compertum et probatum scripsisse arbitretur. Alioquin tacere quam falsa dicere maluissem.

Explicit prefatio. Incipiunt capitula libri primi.

I. De sancta conuersatione adolescentie. et caritate uel patientia atque humilitate. et quod ante baptisma perfectionem tenuerit.

II. De clamide diuisa. et paupere uestito. Superatis

III. De baptismo grandi desiderio accepto. et hostibus fidei uirtute

IIII. Ubi renuntiauit militie. et sanctum Hilarium expetiit. et postmodum admonitus parentes uisitauit. et quod in itinere insidias aduersarii potenti fide superauerit. et mediolani monasterium construxerit et insidiantibus hereticis gallinariam insulam expetierit. et ibi uenena superauerit. et reuersum sanctum hilarium expetierit.

V. De monasterio in pictauo constructo. et ibidem catecumino mortuo suscitato. et postea baptismo consecuto.

VI. De seruo Lupicini suscitato. trina discipulos erudierit

VII. De ordinatione episcopatus. et perseuerantia humilitatis. uel amore secreti monasterio constructo. et qualiter exemplo et doc

VIII. Ubi locum nomine caluanium fraude inimici destructo ab errore liberauit buit abire permisit

VIIII. Ubi gentilium turbas cum uoluit stare fecit. et cum li

X. Ubi templum antiquissimum diruit. et arborem pinum super se ruentem signo crucis obposito in aliam partem prostrauit. et gentilium multitudinem uniuersam hoc miraculo conuerti fecit

XI. Ubi fano incenso. ignem domui iminentem fide repulit.

XII. Ubi ad diruendum fanum angelorum presidia meruit.

XIII. Ubi orationis uirtute percussorem superauit.

XIIII. Ubi percussori ferrum de manibus excussum non comparuit

XV. Ubi paraliticam curauit.

XVI. Ubi tetradii seruum a demonio liberauit. et ipsum tetradium a gentilitatis absoluit errore confestim curauit

XVII. Ubi demoniaco furenti digitos in os intulit. et

XVIII. Ubi ciuitatem de metu barbarorum liberauit.

XVIIII. Ubi leprosum osculo purgauit

XX. Ubi filia Arborii epistole sue tactu sanata est.

XXI. Ubi benedicti paulini oculos non solum exteriores sed etiam interiores illuminauit. et ipsi maximo predixit futura

XXII. Ubi ipse sanctus per angelum curatus est. que completa sunt.

XXIII. Ubi in conuiuio imperatoris presbyterum pretulit imperatori

XXIIII. Quod angeli cum eo sepe locuti sunt.

XXV. Ubi diabolus cornu cruentum in manu tenens cellulam ei irrupit. et clarum presbyterum temptare conatus est. et quod inuisibilem ei se formis diuersis ingerebat. etiam regio habitu. et quod eo tempore etiam in aliis regionibus figmenta machinatus est.

XXVI. Ubi ad eum benedictus seuerus plena fide et caritate perrexit. et exposuit perfectionem religionis illius. uel quibus exemplis eos ad timorem domini prouocauerit. et quod pro inimicis et obtrectatoribus suis semper orauerit. et aduersariorum omnes insidias patientiam assumpserit. et a caritate sua nullum reppulerit. et animum celo semper intentum ab oratione numquam laxauerit.

Explicitiunt capitula.

Vita sancti ac beatissimi Martini episcopi et confessoris Christi.

Hec hystoria scripta legitur in die Sancti Martini

sabbatie pannoniarum oppido oriundus fuit. sed intra italiam ticini altus est. parentibus secundum seculi dignitatem non infimis. gentilibus tamen. Pater eius miles primum. post tribunus militum fuit. Ipse armatam militiam in adolescentia secutus inter scolares alas sub rege constantio. deinde sub iuliano cesare militavit. non tamen sponte. quia a primis fere annis divinam potius servitutem sacra illustris pueri spiravit infantia. Nam cum esset annorum decem invitis parentibus ad ecclesiam confugit. seque catecuminum fieri postulavit. Mox mirum in modum totus in dei opere conversus. cum esset annorum duodecim. heremum concupivit. fecissetque votis satis. si etatis infirmitas non obstitisset. Animus tamen aut circa monasteria aut circa ecclesiam semper intentus meditabatur adhuc in etate puerili. quod postea devotus implevit. Sed cum esset edictum a regibus. ut veteranorum filii ad militiam describerentur. prodente patre qui felicibus eius actibus invidebat. cum esset annorum quindecim. raptus et catenatus sacramentis militaribus implicatus est. uno tantum servo comite contentus. cui tamen versa vice dominus serviebat. adeo ut plerumque ei et calciamenta ipse detraheret. et ipse detergeret. cibum una caperent. hic sepius ministraret. Triennium fere ante baptismum in armis fuit integer. tamen ab his vitiis quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa commilitones benignitas. mira caritas. patientia vero atque humilitas ultra humanum modum. Nam frugalitatem in eo laudari non est necesse. qua ita usus est. ut iam illo tempore. non miles sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi omnes commilitones suos devinxerat. ut eum miro venerarentur affectu. Neque dum tamen regeneratus in Christo. agebat quendam bonis operibus baptismatis candidatum. assistere scilicet laborantibus. opem ferre miseris. alere egentes. vestire nudos. Nichil sibi ex militie stipendiis preter cottidianum victum reservabat. iam tum euuangelii non surdus auditor. de crastino non cogitabat.

Capitulum secundum

Quodam itaque tempore (margin)

Quodam itaque tempore cum iam nichil preter arma et simplicem militie vestem haberet. media hieme que solito asperior inhorruerat. adeo ut plerosque vis algoris extingueret. obvium habet in porta ambianensium civitatis pauperem nudum. Qui cum pretereuntes ut sui misererentur oraret. omnesque miserum preterirent. intellexit vir deo plenus sibi illum aliis misericordiam non prestantibus reservari. Quid tamen ageret? Nichil preter clamidem qua indutus erat habebat. Iam enim reliqua in opus simile consumpserat. Arrepto itaque ferro quo ac=

cinctus erat. mediam diuidit partemque eius pau
peri tribuit. reliqua rursus induitur. Interea
de circumstantibus risere non nulli. quia defor
mis esse & truncatus habitu uideretur. Multi
quidem quibus erat mens sanior altius ingemuere.
quod nichil simile fecisset. cum utique plus ha
bentes. uestire pauperem sine sua nuditate po
tuissent. Nocte igitur insecuta. cum se sopori de
disset. uidit xpistum clamidis sue qua pauperem
texerat parte uestitum. Intueri diligentissi
me dominum. uestemque quam dederat iubetur ag
noscere. Mox ad angelorum circumstantium mul
titudinem. audit ihesum clara uoce dicentem.
Martinus adhuc catecuminus. hac me ueste
contexit. Uere memor dominus dictorum suorum
qui ante predixerat. quamdiu fecistis hec u
ni ex minimis istis mihi fecistis. se in paupere
professus est fuisse uestitum. & ad confirmandum
tam boni operis testimonium. in eodem se habi
tu quem pauper acceperat. est dignatus ostendere.
Quo uiso uir beatissimus. non in gloriam est elatus
humanam. sed bonitatem dei in suo opere cognos
cens. cum esset annorum duo de uiginti. ad
baptisma conuolauit. Nec statim militie re
nuntiauit. tribuni sui precibus euictus. cui
contubernium familiare prestabat. Etenim trans
acto tribunatus sui tempore. renuntiaturum
se seculo pollicebatur. Qua martinus expectatio
ne suspensus. per biennium fere postea quam est
baptisma consecutus. solo scilicet nomine mi
litauit. Capitulum tercium.

Interea irruentibus

artius

INTEREA IRRUENTIBUS
intra gallias barbaris. iulianus cesar coacto
in unum exercitu. apud uangionum ciuitatem.
donatiuum cepit erogare militibus. Ut est con
suetudinis singuli recitabantur. donec ad mar
tinum uentum est. Tum uero oportunum tempus
existimans. quo peteret missionem. neque enim
integrum sibi fore arbitrabatur. si donatiuum
non militaturus acciperet. hactenus inquit ad ce
sarem militaui tibi. patere ut nunc militem deo.
Donatiuum tuum pugnaturus accipiat. xpisti ego
miles sum. pugnare mihi non licet. Tum uero
aduersus hanc uocem tyrannus infremuit. dicens
eum metu pugne que postera die erat futura.
non religionis gratia detrectare militiam. At
Martinus intrepidus. immo illato sibi terrore
constantior. si hoc inquit ignauie ascribitur
non fidei. crastina die ante aciem inermis astabo.
& in nomine domini ihesu. signo crucis non clippeo
protectus aut galea. hostium cuneos penetrabo
securus. Retrudi ergo in custodiam iubetur. fac
turus fidem dictis. ut inermis barbaris obice
retur. Postera die hostes legatos de pace mi
serunt. sua omnia seque dedentes. Unde quis
dubitet hanc uere beati uiri fuisse uictori
am. cui prestitum sit ne inermis ad prelium
mitteretur. Et quamuis pius dominus seruare
militem suum licet inter hostium gladios et te
la potuisset. tamen ne uel aliorum morte sancti ui
olarentur obtutus. exemit pugne necessitatem.
Neque enim aliam pro milite suo xpistus debuit prestare
uictoriam. quam ut subactis sine sanguine hosti
bus nemo moreretur. Capitulum IIII.

EXINDE RELICTA
militia. sanctum Hilarium pictauensis ci
uitatis episcopum. cuius tunc in dei re
bus expectata & cognita fides
habebatur. expetiit. & aliquam
diu apud eum commoratus est. Temptauit autem
idem hilarius. imposito diaconii offitio. sibi
eum artius implicare. & ministerio uinciri di
uino. Sed cum sepissime restitisset. indignum
se esse uociferans. intellexit uir dei altioris
ingenii. hoc eum modo posse constringi. si id
ei offitii imponeret. in quo quidam locus iniu
rie uideretur. Itaque exorcistam eum esse precepit.
Quam ille ordinationem ne despexisse tanquam
humiliorem uideretur. non repudiauit. Nec
multo post admonitus per soporem ut patriam

parentesque quos adhuc gentilitas detinebat religiosa sollicitudine visitaret. ex voluntate sancti hilarii profectus est, multisque ab eo obstrictus precibus et lacrimis ut rediret. mestus ut ferunt peregrinationem illam aggressus est, contestatus fratres multa se adversa passurum; quod postea probavit eventus. Ac primum inter alpes devia secutus incidit in latrones. Cumque unus securi elevata in caput eius vibrasset (librasset), ictum ferientis dextere sustinuit alter. Vinctis tamen post tergum manibus uni servandus et spoliandus traditur. Qui cum eum ad remotiora duxisset, percunctari ab eo cepit quis nam esset. Respondit christianum se esse. Querebat etiam ab eo an timeret. Tunc vero constantissime profitetur numquam se tam fuisse securum, quia sciret misericordiam domini maxime in temptacionibus affuturam; se magis illi condolere, qui a Christi misericordia utpote latrocinia exercens esset indignus. Ingressusque evangelicam disputacionem verbum dei latroni predicabat. Quid longius morer? Latro credidit. Prosecutusque martinum vie reddidit, orans ut pro se dominum precaretur. Idemque postea religiosam agens vitam visus est, ut hec que supra retulimus ex ipso audita dicantur. Igitur martinus inde progressus, cum mediolanum pretergressus, diabolus in itinere humana spetie assumpta se ei obvium tulit, quo tenderet querens. Cumque id a martino responsi accepisset, se quo dominus vocaret intendere, ait ad eum: Quocumque ieris vel quecumque temptaveris, diabolus tibi adversabitur. Tunc ei prophetica voce respondit: Dominus mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo. Statimque e conspectu eius inimicus evanuit. Itaque ut animo menteque conceperat, matrem gentilitatis absolvit errore, patre in malis perseverante reliquit. Plures tamen suo salvavit exemplo. Cap. V.

Deinde cum heresis arriana per totum orbem et maxime intra illiricum pullulasset, cum adversus perfidiam sacerdotum solus pene acerrime pugnaret, multisque suppliciis esset affectus. nam et publice virgis cesus est et ad extremum de civitate exire compulsus. italiam repetens, cum intra gallias quoque discessu sancti hilarii, quem ad exilium hereticorum vis coegerat, turbatam ecclesiam comperisset, mediolani sibi monasterium statuit. Ibi quoque eum auxentius auctor et princeps arrianorum gravissime insectatus est, multisque affectum iniuriis de civitate exturbavit. Cedendum itaque tempori arbitratus, ad insulam cui gallinaria nomen est secessit, comite quodam presbitero magnarum virtutum viro. Hic aliquamdiu radicibus vixit herbarum. Quo tempore helleborum venenatum ut ferunt gramen in cibum sumpsit. Sed cum vim veneni in se grassantis vicina iam morte sensisset, imminens periculum oratione depulit, statimque omnis dolor fugatus est. Nec multo post cum sancto hilario compperisset regis penitentia potestatem indultam fuisse redeundi, rome ei temptavit occurrere. Profectusque est ad urbem. Capitulum quintum.

CVM ITAQUE HILARIUS preterisset, ita eum est e vestigio prosequutus. Cumque ab eo gratissime fuisset susceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium collocavit. Quo tempore se ei quidam catecuminus iunxit, cupiens sanctissimi viri institui disciplinis. Paucis quippe interpositis diebus languore correptus vi febrium urgebatur. Ac tum martinus forte discesserat. Et cum per triduum defuisset, regressus exanime corpus invenit. Ita subita mors fuerat, ut absque baptismate humanis rebus excederet. Corpus in medio positum tristi merentium fratrum frequentabatur officio. Tum martinus flens et eiulans accurrit. Tunc vero tota spiritum sanctum mente concipiens egredi cel

lulam in qua corpus iacebat ceteros iubet, ac foribus obseratis super exanimata defuncti fratris membra prosternitur. Et cum aliquamdiu orationi incubuisset, sensissetque per spiritum domini adesse uirtutem, erectus paululum et in defuncti ora defixus, orationis suae ac misericordiae domini intrepidus expectabat euentum. Uixque duarum fere horarum spatium intercesserat, uidet defunctum paulatim membris omnibus commoueri, et laxatis in usum uidendi palpitare luminibus. Tum uero magna ad dominum uoce conuersus gratias agens, cellulam clamore compleuerat. Quo audito qui pro foribus astiterant, statim inruunt. Mirum spectaculum, quod uidebant uiuere quem mortuum reliquissent. Ita redditus uitae, statim baptisma consecutus, plures postea uixit annos; primusque apud nos Martini uirtutum uel materia uel testimonium fuit. Idem tamen referre erat solitus se corpore exutum ad tribunal iudicis ductum, deputandumque obscuris locis et uulgaribus turbis tristem excepisse sententiam; tum per duos angelos iudici fuisse suggestum, hunc esse pro quo Martinus oraret: ita per eosdem angelos se iussum reduci, et Martino redditum, uitaeque pristinae restitutum. Ab hoc primo tempore beati uiri nomen enituit, ut qui sanctus iam ab omnibus habebatur, potens etiam et uere apostolicus haberetur.

Cap. VI.

NEC MULTO POST dum agrum cuiusdam Lupicini honorati secundum saeculum uiri praeteriret, clamore et luctu plangentis turbae excipitur. Ad quam cum sollicitus astitisset, et quid esset hic fletus inquireret, indicatur unum e familia seruulum laqueo sibi uitam extorsisse. Quo cognito cellulam in qua corpus iacebat ingreditur, exclusisque omnibus turbis, superstratus corpori aliquantisper orauit. Mox uiuescente uultu marcescentibus oculis in ora illius defunctus erigitur; lentoque conamine enisus assurgere, apprehensa beati uiri dextera, in pedes constitit, atque ita cum eo usque ad uestibulum domus, turba omni inspectante, processit.

VII.

SUB EODEM FERE tempore Martinus ad episcopatum Turonicae ecclesiae petebatur. Sed cum erui a monasterio suo non facile posset, Ruricius quidam unus e ciuibus uxoris languore simulato ad genua illius prouolutus ut egrederetur optinuit. Ita dispositis iam in itinere ciuium turbis, sub quadam custodia ad ciuitatem usque deducitur. Mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex illo oppido sed etiam ex uicinis urbibus ad suffragia ferenda Martino conuenerat. Una omnium uoluntas, eadem uota, eademque sententia, Martinum episcopatu esse dignissimum, felicem fore tali ecclesiam sacerdote. Pauci tamen et nonnulli ex episcopis qui ad constituendum antistitem fuerant euocati impie repugnabant, dicentes scilicet contemptibilem esse personam, indignum esse episcopatu hominem uultu despicabilem, ueste sordidum, crine deformem. Ita a populo sententiae sanioris haec illorum derisa dementia est, qui illustrem uirum dum uituperare cupiunt praedicant. Nec aliud his facere licuit, quam quod populus domino uolente cogebat. Inter episcopos tamen qui affuerant praecipue defensor quidam nomine dicitur restitisse, unde animaduersum est grauiter illum lectione prophetica tunc notatum. Nam cum fortuitu lector cui legendi eo die officium erat interclusus a populo defuisset, turbatis ministris, dum expectatur qui non aderat, unus e circumstantibus sumpto psalterio quem primum uersum inuenit arripuit. Psalmus autem hic erat: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et defensorem. Quo lecto clamor populi tollitur, pars diuersa confunditur, atque ita habitum est diuino nutu psalmum hunc lectum fuisse, ut testimonium operis sui defensor audiret, quia ex ore infantium atque lactentium in Martino

domum laude perfecta et ostensus pariter et destructus est numine. Iam vero sumpto episcopatu qualis quantusque processerit, non est nostrae facultatis evolvere. Idem enim constantissime perseverabat qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat. atque ita plenus auctoritatis et gratiae implebat episcopi dignitatem, ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret. Aliquandiu ergo adherenti ad ecclesiam cellula usus est. Dein cum inquietudinem frequentantium ferre non posset, duobus fere extra civitatem milibus monasterium sibi statuit. Qui locus tam secretus et remotus erat, ut heremi solitudinem non desideraret. Ex uno enim latere praecisa montis excelsa rupe ambiebatur, reliquam planitiem Liger fluvius reducto paululum sinu clauserat. Una tantum eademque arta admodum via adiri poterat. Ipse enim ex lignis contextam cellulam habebat. Multi quidem e fratribus in eundem modum, plerique saxo superiecti montis cavato receptacula sibi fecerant. Discipuli vero octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri instituebantur. Nemo ibi quicquam proprium habebat, omnia in medium conferebantur. Non emere aut vendere ut plerisque monachis moris est quicquam licebat. Ars ibi exceptis scriptoribus nulla habebatur. Cui tamen operi minor etas deputabatur, maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulam egressus, nisi cum ad locum orationis conveniebant. Cibum una omnes post horam ieiunii percipiebant. Vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coegisset. Plerique camelorum setis vestiebantur. Mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eo magis sit mirum necesse est, quod multi inter eos nobiles habebantur, qui longe aliter educati ad hanc se humilitatem et patientiam coegerant. Pluresque ex his postea episcopos vidimus. Que enim esset civitas aut ecclesia, que non sibi de Martini monasterio cuperet sacerdotes habere. Capitulum octavum.

SED UT RELIQUAS eius virtutes quas in episcopatu egit aggrediar, erat haud longe ab oppido proximus monasterio locus, quem falsa hominum opinio velut consepultis ibi martiribus sacraverat. Ita et altare ibi a superioribus episcopis constitutum habebatur. Sed Martinus non temere adhibens fidem incertis, ab his qui maiores natu erant presbiteris vel clericis flagitabat nomen sibi martiris, tempus passionis ostendi, grandi se scrupulo commoveri, quod nichil certi constans sibi maiorum memoria tradidisset. Cum aliquandiu ergo a loco illo se abstinuisset, nec derogans religioni quia incertus erat, nec auctoritatem suam vulgo accommodans ne superstitio convalesceret, quodam die paucis secum adhibitis fratribus ad locum pergit. Dein super sepulchrum ipsum astans oravit ad dominum, ut quis esset vel cuius meriti sepultus ostenderet. Tunc conversus ad levam videt prope assistere umbram sordidam trucem. Imperat nomen meritumque ut loqueretur. Nomen edicit, de crimine confitetur, latronem se fuisse, ob scelera percussum vulgi errore celebratum, sibi nichil cum martiribus esse commune, cum illos gloria, se pena retineret. Mirum in modum vocem loquentis qui aderant audiebant, personam tamen non videbant. Tum Martinus quid vidisset exposuit. Iussitque ex eo loco altare quod ibi fuerat submoveri, atque ita populum superstitionis illius absolvit errore. VIIII.

ACCIDIT AUTEM in sequenti tempore dum iter ageret, ut gentilis cuiusdam corpus quod ad sepulchrum superstitioso funere deferebatur obvium haberet. Conspicatusque eminus venientem turbam, quidnam id esset ignarus, paululum stetit. Nam cum fere quingentorum

passuũ interuallũ erat. ut difficile fuerit dinos
cere quid uideret. tam̃ quia rusticã manũ cer
neret. & agente uento lintheamina corpori
supiecta uoltarẽt. p̄fanos sacrificiorũ ritus a
gi credidit. quia hec esset gallorũ rusticis con
suetudo. symulachra demonũ candido tec
ta uelamine. misera p̄ agros suos circũferre
dementia. Eleuato ḡ in aduerso signo cru
cis. impat turbę ñ moueri loco. onusq; de
ponere. Hic ũ mirũ in modũ uideres mise
ros primũ uelud saxa riguisse. Deinde cũ
primo mouere summo conamine se niterẽ
tur. ultra accedere ñ ualentes. ridiculã in
uertiginẽ rotabant̃. donec uicti corporis on9
deponunt. attoniti & semet inuicẽ aspec
tantes. quid nã sibi accidisset taciti cogita
bant. Sed cũ beat9 uir conpisset exequiarũ
esse illã frequentiã ñ sacrorũ. eleuata rursũ
manu. dat eis abeundi & tollendi corporis
potestatẽ. Ita eos & cũ uoluit stare compulit.
& cum libuit abire pmisit. Capitulum

ITEM DVM IN VICO decimũ.
quodã templũ antiquissimũ diruisset. et
arborẽ pinũ quę fano erat pxima ẽẽt ag
gressus incidere. tũ uero antistes loci illius.
ceteraq; gentiliũ turba cepit obsistere. Et
cũ idem illi dũ templum euertitur. impe
rante dño quieuissẽt. succidi arborẽ non
patiebant̃. ille eos sedulo cõmonere nichil
religionis esse in stipite. dñm potius cui ser
uiret ipse sequerent̃. arborẽ illã excidi o
portere. quia esset demoni dedicata. Tum
un9 ex his qui erat audacior ceteris. si ha
bes inquit aliquã de dõ tuo quẽ dicis te
colere fiduciã. nosmet ipsi succidim9 hãc
arborẽ. tu ruentẽ excipe. & si tecũ est tuus
ut dicis deus. euades. Tum ille intrepide
confisus in dño. facturũ se pollicet̃. Hic ũ
ad istiusmodi conditionẽ. omnis illa genti
lium turba consensit. facileq; arboris suę
habuere iacturã. si inimicũ sacrorũ suorũ casu
illi9 obruissent. Iamq; cũ unã in partẽ pin9
illa esset acclinis. ut ñ esset dubiũ quã in par
tem succisa corrueret. eo loco uinct9 statuit̃
p arbitrio rusticorũ. quo arborẽ esse casurã
nemo dubitabat. Succidere igit̃ ipsi suã pi
nũ cũ ingenti gaudio leticiaq; ceperunt. Ad
erat eminus turba mirantiũ. Iamq; paulatim
nutare pin9. & ruinã sui casura minitari. Pal
lebant eminus monachi. & periculo iã ppiore cõ
territi. spem omnẽ fidẽq; pdiderãt. solam
martini mortẽ expectantes. At ille confis9
in dño & intrepidus opiens arboris casũ. cũ
iã fragorẽ sui pinus concidẽs edidisset. iã ca
denti. iã sup se ruenti. eleuat obuiã manũ.
signũ salutis opponit. Tum ũ turbinis m̃
retroactã putares. ita diuersam in partẽ ru
it. adeo ut rusticos qui tuto in loco steterãt
pene prostrauerit. Tum ũ in celũ clamore
sublato. gentiles stupere miraculo. monachi
flere p̄ gaudio. xpi nomĩ in cõmune ab omnib9
pdicari. satisq; constitit eo die salutẽ illi ue
nisse regioni. Nam nemo fere ex inmani
illa multitudine gentiliũ fuit. qui ñ im
positione man9 desiderata. dñm ihm relic
to impietatis errore crediderit. Et uere.
ante martinũ pauci admodũ immo pene
nulli in illis regionib9 xpi nomẽ receperant.
Quod adeo uirtutib9 illi9 exemploq; conualuit.
ut iã ibi nullus locus sit. qui ñ aut ecclĩis
frequentissimis. aut monasteriis sit replet9.
Nam ubi fana destruxerat. stati ibi aut ec
clias aut monasteria construebat. XI.

NEC MINOREM
sub eodẽ fere tempe. eodẽ
in ope uirtutẽ edidit. Nã
cũ in uico quodã fano anti
quissimo & celeberrimo ig
nem inmisisset. in pximã immo adheren
tem domũ agente uento flãmarũ globi

ferebantur. Quod ubi martin' aduertit. rapido cursu tectū domꝰ scandit. obuiū se aduenientib' flammis inferens. Tum uero mirum in modū cerneres contra uī uenti ignē retorqueri. ut cōpugnantiū int' se elemtoꝝ quẽdā conflictus uideretur. Ita uirtute martini ibi tantū ignis est opatus. ubi iussus ē.

IN UICO . Capitulū . xii.

autē cui lebrosum nomen ē. cū idē templū opulentissimū supstitione religionis uoluisset euertere. restitit ei multitudo gentiliū. adeo ut ñ absq; iniuria sit repulsus. Itaq; secessit ad pxima loca. ibiq; p triduum cilicio tectus & cinere. ieiunans semp atq; orans pcabatur dnm. ut quia tēplum illud euertere humana manu ñ potuisset. uirt' illud diuina dirueret. Tum subito ei duo angli hastati atq; scutati. instar militię celestis se obtulerunt. dicentes missos se a dño. ut rusticā multitudinē fugarent. psidiūq; martino ferrent. ne quis dū templū dirueret obsisteret. rediret g̃. & op' ceptum deuotus impleret. Itaq; regressus ad uicū. inspectantib' gentiliū turbis & q̃escentib' dum pfanā edē usq; ad fundamta dirueret. aras omš atq; simulachra redegit in puluerē. Quo uiso rustici. cū se intelligerent diuino nutu obstupefactos atq; perteritos ne epo repugnarent. omš fere in ihm dnm crediderunt. clamantes palā & confitentes dm martini colendū. idq; idola negligenda. que sibi adesse non possent.

Capitulū xiii.

QUID ETIAM IN pago eduoꝝ gestū sit referam. Ubi dum templū itidē euerteret. furens gentiliū rusticoꝝ in eū irruit multitudo. Cumq; un' audatior ceteris. stricto eū gladio peteret. reiecto pallio nudā ceruicē pcussori pbuit. Nec cunctatus ē ferire gentilis. Sed cū dexterā altius extulisset. resupin' ruit. consternatq; diuino metu ueniam precabatur.

Capitulū xiiii.

NEC DISSIMILE huic fuit illud. cū eum idola destruentē. cultro quidā ferire uoluisset. in ipso ictu ferru ei de manib' excussū non cōparuit. Plerumq; autē contradicentib' sibi rusticis ne eoꝝ fana destrueret. ita pdicatione scā gentiliū animos mitigabat. ut luce eis ueritatis ostensa. ipsi sua templa subuerterēt. Curationū u tam potens in eo grã erat. ut nullus fere ad eū egrot' accesserit. q̃ non continuo receperit sanitatem. Quod uel ex consequenti liquebit exemplo.

Capitulū xv.

TREUERIS PUELLA quedā dira paralisis egritudine tenebat'. ita ut iā per multū temp' nullo ad humanos usus corpis offitio fungeret'. omī ex parte pmortua uix tenui spū palpitabat. Tristes ad solā funeris expectationē assistebant ppinqui. cum subito nunciatur ad ciuitatē illā uenisse martinū. Quod ubi puelle pat' comperit. currit exanimis. p filia rogaturus. Et forte martinus iam eccliam fuerat ingressus. Ibi inspectante pplo. multisq; aliis epis presentib'. eiulans senex. genua illi' amplectitur dicens. filia mea moritur misero genere languoris. & quod ipsa ē morte crudelius. solo spū uiuit. iā carne pmortua. rogo ut eā adeas. atq; benedicas. Confido enī. quod p te reddenda sit sanitati. Qua ille uoce confusus obstupuit. & refugit. dicens hoc sue ñ ēē uirtutis. senē errare iuditio. ñ esse se dignū p quē dns signum uirtutis ostenderet. Perstare uehementius

flens pater cepit. & orare ut eam nomine uisitaret. Postremo a circumstantibus episcopis ire conpulsus. descendit ad domum puelle. ingens turba pro foribus expectans. quidnam dei seruus esset acturus. Ac primum quae erant illi familiaria in huiusmodi rebus arma. solo prostratus orauit. Deinde egram intuens. dari sibi oleum postulat. Quod cum benedixisset. in os puelle uim sancti liquoris infudit. statimque uox reddita est. Tum paulatim singula contactu eius ceperunt membra uiuiscere. donec firmatis gressibus populo teste surrexit. xvi.

EODEM TEMPORE Tetradii cuiusdam proconsularis uiri seruus demonio correptus. dolendo exitu cruciabatur. Rogatus ergo martinus ut ei manum imponeret. deduci eum ad se iubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella in qua erat potuit. ita in aduenientes rabidis dentibus seuiebat. Tum tetradius ad genua beati uiri aduoluitur. orans ut ad domum in qua demoniacus habebatur ipse descenderet. Tum uero martinus negare. se profanam & gentilis domum adire non posse. Nam tetradius eodem tempore adhuc gentilitatis errore inplicitus tenebatur. Spondet ergo si de puero demon fuisset exactus. christianum fore. Ita martinus imposita manu puero. inmundum ab eo spiritum eiecit. Quo uiso tetradius dominum nostrum ihesum credidit. statimque catecumenus factus. nec multo post baptizatus est. semperque martinum salutis sue auctorem miro coluit affectu. xvii.

PER IDEM TEMPUS in eodem oppido ingressus patris familias cuiusdam domum in limine ipso restitit. dicens horribile in atrio domus demonium se uidere. Cui cum ut discederet imparet. quendam e familia qui in interiore parte edium morabatur arripuit. Seuire dentibus miser cepit. & obuios quosque laniare. Commota domus. familia turbata. populus in fugam uersus. Martinus se furenti obiecit. ac primum ei stare inperat. Sed cum dentibus fremeret. hiantique ore morsum minaretur. digitos ei martinus in os intulit. Si habes inquit aliquid potestatis hos deuora. Tum uero ac si candens ferrum faucibus accepisset. longe reductis dentibus. digitos beati uiri uitabat attingere. Et cum fugere de obsesso corpore penis & cruciatibus cogeretur. nec tamen exire ei per os liceret. feda relinquens uestigia. fluxu uentris egestus est. xviii.

INTEREA CUM DE metu atque impetu barbarorum subita ciuitatem fama turbasset. demoniacum ad se exhiberi iubet. Inperat. ut an uerum esset hic nuntius fateretur. Tunc confessus est. sedecim demonas fuisse qui rumorem hunc per populum disseminasset. ut hoc saltim metu ex illo martinus oppido fugaretur. barbaros nichil minus quam inruptionem cogitare. Ita cum hec inmundus spiritus media in ecclesia fateretur. metu et turbatione presenti ciuitas liberata est.

Capitulum xviiii.

APUD PARISIUS uero dum portam ciuitatis illius magnis secum turbis euntibus introiret. leprosum miserabili facie horrentibus cunctis osculatus est. atque benedixit. Statimque omni malo emundatus est. Postero die ad ecclesiam ueniens nitenti cute. gratias pro sanitate quam receperat agebat. Sed nec hoc pretereundum est. quod fimbrie uestimento eius ciliciisque detracte. crebras super infirmantibus egere uirtutes. Nam cum aut digitis illigate. aut collo indite sunt. persepe ab egrotantibus morbos effugauerunt. xx.

ARBORIUS AUTEM vir praefectorius, sancti admodum et fidelis ingenii, cum filia eius gravissimis quartanae febribus ureretur, epistolam Martini quae casu delata ad eum fuerat, pectori puellae in ipso accessu ardoris inseruit. Statimque fugata febris est. Quae res apud Arborium in tantum valuit, ut statim puellam deo voveret, et perpetuae virginitati dicaret. Profectusque ad Martinum, puellam ei praesens ob virtutum eius testimonium, quae ab absente licet curata esset, obtulit. Neque ab alio eam quam a Martino habitu virginitatis imposito passus est consecrari.

PAULINUS. c. xxi.

Paulinus vero vir magni postmodum futurus exempli, cum oculum graviter dolere coepisset, et iam pupillam eius crassior nubes superducta texisset, oculum ei Martinus penicillo contigit, pristinamque ei sanitatem sublato omni dolore restituit. Capitulum xxii.

IPSE AUTEM MARTINUS casu quodam esset de cenaculo devolutus, et per confragosos scalae gradus decidens, multis vulneribus esset affectus. Ac cum exanimis iaceret in cellula, et inmodicis doloribus cruciaretur, nocte ei angelus visus est eluere vulnera, et salubri unguine contusi corporis membra contingere, atque ita postero die restitutus est sanitati, ut nichil unquam pertulisse incommodi putaretur. Sed quia longum est ire per singula, sufficiant haec vel pauca de pluribus. Satisque sit nos et in excellentibus non subtrahere veritatem, et in multis vitare fastidium. Atque ut minora tantis inseram, quamvis ut est nostrorum aetas temporum, quibus iam depravata omnia atque corrupta sunt, ut pene praecipuum sit adulationi regiae sacerdotalem non cessisse constantiam. Capitulum vicesimum tercium.

CUM AD IMPERATOREM Maximum ferocis ingenii virum, et bellorum civilium victoria elatum, plures ex diversis partibus episcopi convenissent, et foeda circa principem omnium adulatio notaretur, seque degeneri inconstantia regiae clientelae sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino apostolica auctoritas permanebat. Nam et si pro aliquibus supplicandum fuit regi, imperavit potius quam rogavit. Et a convivio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mensae eius participem esse non posse, qui duos imperatores, unum regno, alterum vita expulisset. Postremo cum Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi a militibus divino nutu regni necessitatem armis defendisse, et non alienam ab eo dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili eventu victoria fuisset, nullumque ex adversariis nisi in acie occubuisse, tandem victus vel ratione vel precibus ad convivium venit, mirum in modum gaudente rege quod id impetrasset. Convivae autem aderant, veluti ad diem festum evocati summi atque illustres viri, praefectus idemque consul Evodius, vir quo nichil umquam illo iustius fuit, comites duo summa potestate praediti, frater regis et patruus. Medius inter hos Martini presbiter accubuerat. Ipse autem sellula iuxta regem posita consederat. Ad medium fere convivium ut moris est, pateram regi minister optulit. Ille sancto admodum episcopo potius dari iubet, expectans atque ambiens ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus ubi ebibit, pateram presbitero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum aut eos qui a rege erant proximi presbitero praetulisset. Quod factum imperator omnesque qui tunc aderant ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis in quo c

tempti fuerant placeret. Celeberrimumque per omne palatium fuit fecisse Martinum in regis prandio, quod in inferiorum iudicum conuiuiis episcoporum nemo fecisset. Eidemque Maximo longe ante praedixit futurum, ut si ad Italiam pergeret quo ire cupiebat, bellum Ualentiniano imperatori inferens, sciret primo se quidem impetu futurum esse uictorem, sed paruo post tempore esse periturum. Quod quidem ita uidimus. Nam primo aduentu eius Ualentinianus in fugam uersus est; deinde post annum fere resumptis uiribus captum intra Aquileiae muros Maximum interfecit. XXIIII.

Constat autem etiam angelos ab eo plerumque uisos, ita ut conserto inuicem apud eum sermone loquerentur. XXV. DIABOLUM uero ita conspicabilem et subiectum oculis habebat, ut siue se in propria substantia contineret, siue in diuersas figuras spiritalesque nequitias transtulisset, qualibet ab eo sub ymagine uideretur. Quod cum diabolus sciret se effugere non posse, conuitiis eum frequenter urguebat, quia fallere non posset insidiis. Quodam autem tempore cornu bouis cruentum in manu tenens cum ingenti fremitu cellulam eius inrupit, cruentamque ostentans dexteram et admisso recens scelere congaudens: Ubi est, inquit, Martine, uirtus tua? Unum de tuis modo interfeci. Tunc ille conuocatis fratribus refert quid diabolus indicasset. Sollicitos esse praecepit per singulorum cellulas, quisnam hoc casu fuisset affectus. Neminem quidem deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum ut uehiculo ligna deferret isse ad siluam nuntiant. Iubet igitur aliquos ire ei obuiam. Ita haud longe a monasterio iam pene exanimis inuenitur. Extremum tamen spiritum trahens indicat fratribus casum mortis et uulneris: iunctis scilicet bobus dum dissoluta artius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter inguina cornu inmersisse. Nec multum post uitam reddidit. Uideris quo iudicio domini diabolo data fuerit haec potestas. In Martino illud mirabile erat, quod non solum hoc quod supra retulimus, sed multa istiusmodi si quotiens accidissent, longe ante praeuidebat, et sibi nuntiata fratribus indicabat. Frequenter autem diabolus dum mille nocendi artibus sanctum uirum conabatur inludere, uisibilem se ei formis diuersis ingerebat. Nam interdum in Iouis personam, plerumque Mercurii, persepe etiam se Ueneris ac Mineruae transfiguratum uultibus offerebat. Aduersus quem semper interritus signo se crucis et orationis auxilio protegebat. Audiebantur plerumque conuitia quibus illum turba demonum proteruis uocibus increpabat. Sed omnia falsa et uana cognoscens non mouebatur obiectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus audisse se demonem Martinum proteruis uocibus increpantem, cur intra monasterium aliquos ex fratribus qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent conuersos postea recepisset, exponentem crimina singulorum. Martinum diabolo repugnantem respondisse constanter antiqua delicta melioris uitae conuersione purgari, et per misericordiam domini absoluendos esse a peccatis qui peccare desinerent. Contradicente diabolo non pertinere ad ueniam criminosos, et semel lapsis nullam a domino praestari clementiam, tum in hanc uocem fertur exclamasse Martinus: Si tu ipse miserabilis ab hominum infectacione desisteres, et te factorum tuorum uel hoc tempore cum dies iudicii in proximo est peniteret, ego tibi uere confisus in domino Christi misericordiam polli

cerer. O quã scã de dñi pietate psumptio. in
qua et si auctoritatẽ pstare n̄ potuit. ostendit
affectũ. Et quia de diabolo eiusdemq; artib;
sermo exortus ẽ. n̄ ab re uidet᷑ licet extrin
secus referre quod gestũ est. quia et quedã in
eo martini uirtutũ portio est et res digna mi
raculo. recte memorię mandabit᷑ in exẽplũ
cauendi. siquid deinceps uspiã tale cẽgerit.
Clarus quidã nomine adolescens nobilis
simus mox pr̄br. nunc felici beatus exces
su. cũ relictis omnib; se ad martinũ contulisset.
breui tempe ad sũmum fidei uirtutũq; om
niũ culmen enituit. Itaq; cum haud longe si
bi ab epi monasterio tabernaclm̄ cõstituisset.
multiq; apud eũ fratres cõmorarent᷑. iuuenis
quidã ad eũ anatholi nomine sub pfessione
monachi. omẽm humilitatẽ atq; innocentiã
mentit᷑ accessit. habitauitq; aliquandiu in
cõmune cum ceteris. Dein pcedente tẽpore.
anglos apud se loqui solere dicebat. Cum
fidẽ nullus adhiberet. signis quibusdã pleroq;
ad credendũ cohortabat᷑. Postremo eo usq;
pcessit. ut int᷑ se ac dñm anglos discurrere p
dicaret. iãq; se unũ ex pphis haberi uolebat.
Clarus tam̄ nequaquã ad credendũ cogi po
terat. Ille cũ irã dñi et psentes plagas cur scõ
n̄ crederet cõminari. Postremo in hanc uo
cẽ erupisse fert᷑. Ecce hac nocte uestẽ mi can
didã dñs de celo dabit. qua indut᷑ in medio
urm̄ deuersabor. idq; uobis signũ erit. me
dei ẽẽ uirtutẽ. qui dei ueste donat᷑ sim. Tũ
uero grandis omnium ad hanc pfessionẽ ex
pectacio. Itaq; ad mediã fere noctẽ. fremi
tu insultantiũ cõmoueri omẽ monasteriũ
loco uisum ẽ. Cellulã autẽ qua idẽ adolescẽs
continebat᷑. crebs cerneres micare luminib;.
fremitusq; in ea discurrentiũ et murm̃ qd
dã multarũ uociũ audiebatur. Dein facto
silentio egressus. unũ de frib; sabbatiũ no
mine ad se uocat. tunicãq; ei qua erat in

dutꝰ ostendit. Obstupefact᷑ ille. conuocat ce
teros. Ipse etiã clarus accurrit. Adhibitoq;
lumine. uestẽ omẽs diligent᷑ inspiciunt. E
rat autẽ sũma mollicie candore eximio. in
canti purpura. nec tam̄ cuius ẽẽt generis.
aut uelleris poterat agnosci. Curiosius tam̄
oculis aut digitis attrectata. n̄ aliud quam
uestis uidebat᷑. Interea clarꝰ fratres admo
net orationi instare. ut manifestũ eis dñs
quid nã ẽẽt ostenderet. Itaq; reliquũ noctis
ymnis psalmisq; cõsumit᷑. At ubi illuxit dies
apphensũ dextã trahere ad martinũ uolebat.
bene conscius illudi illũ diaboli arte n̄ posse.
Tũ ũo renuti ac reclamare miser cepit. inter
dictũq; sibi ẽẽ dicebat. ne se martino osten
deret. Cumq; inuitũ ire cõpelleret᷑. int᷑ tra
hentiũ manꝰ uestis euanuit. Vnde quis du
bitet. hãc etiã martini fuisse uirtutẽ. ut
fantasiã suã diabolus cũ erat martini oclis
ingerenda. dissimulare diutiꝰ aut tegere
n̄ posset. Animaduersum ẽ tam̄ eodẽ fere
tempe fuisse in hispaniis iuuenẽ. qui cũ sibi
multis signis auctoritatẽ parauisset. eo usq;
elatꝰ est. ut se heliã pfiteret᷑. Quod cũ ple
riq; temere credidisset. addidit ut se xpm̄
ẽẽ diceret. In quo etiã adeo illusit. ut eum
quidã eps rufus nomine. ut dñm adora
ret. ppt̄ qđ eũ postea ab epatu deiectũ ui
dimꝰ. Pleriq; etiã nobis e frib; retulerunt.
eodẽ tempe in oriente quendã extitisse. q
se iohannẽ esse iactaret. Ex quo conicere
possimꝰ. istiusmodi pseudo pphis existenti
bꝰ antixpi aduentũ imminere. q iã in istis
misteriũ iniquitatis opat᷑. Nec eni ptere
reundũ uidetur. quanta Martinũ sub
hisdẽ diebꝰ diabolus arte temptauerit.
Quodã eni die pmissa pse et circũiectus
ipsa luce purpurea. q facilꝰ claritate
as sumpti fulgoris illuderet. ueste
etiã regia indutꝰ diademate ex gemmis

auroque redimitus · calceis auro illitis · sereno ore · leta facie · ut nichil minus quam diabolus putaretur · oranti in cellula astitit. Cumque martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multumque ambo silentium tenuerunt. Tunc prior diabolus: agnosce inquit martine quem cernis. Christus ego sum · descensurus ad terram prius me manifestare volui. Ad hec cum martinus taceret nec quicquam responsi referret, iterare ausus est diabolus professionis audaciam. Martine quid dubitas credere · cum videas quia christus ego sum. Tum ille revelante sibi spiritu · ut intelligeret diabolum esse non dominum · non se inquit dominus ihesus purpuratum · nec diademate renitentem venturum esse predixit. Ego christum nisi in eo habitu formaque qua passus est · nisi stigmata crucis preferentem venisse non credam. Ad hanc vocem ille statim ut fumus evanuit · et cellulam tanto fetore complevit · ut indubia indicia relinqueret diabolum se fuisse. Hoc ita gestum ut supra retuli ex ipsius martini ore cognovi · ne quis forte existimet fabulosum. xxvi

NAM CUM OLIM audita fide eius vita atque virtutibus desiderio illius estuaremus · gratam nobis ad eum videndum peregrinationem suscepimus · simul quia iam ardebat animus vitam illius scribere. Partim ab ipso in quantum ille interrogari potuit sciscitati sumus · partim ab his qui interfuerant vel sciebant cognovimus. Quo quidem tempore credi non potest qua me humilitate qua benignitate susceperit · cum gratularetur plurimum et gauderet in domino · quod tanti esset habitus a nobis · ut eum peregrinatione suscepta expetissemus. Miserum me. Pene non audeo confiteri · cum me sancto convivio suo dignatus est adhibere · aquam manibus nostris ipse optulit. Ad vesperam autem ipse nobis pedes abluit · nec reniti aut contraire constancia fuit. Ita auctoritate illius oppressus sum · ut nefas putarem si non adquievissem. Sermo autem illius apud nos non alius fuit quam mundi huius illecebras et seculi onera relinquenda · ut dominum ihesum liberi expeditique sequeremur. Prestantissimumque nobis presentium temporum illustris viri paulini · cuius supra mentionem fecimus · exemplum ingerebat · qui summis opibus abiectis christum sequutus · solus pene his temporibus evangelica precepta complesset. Illum nobis sequendum illum clamabat imitandum · beatumque esse seculum presens seculum tante fidei virtutisque documento · cum secundum sententiam domini dives et possidens multa · vendendo omnia et donando pauperibus · quod erat facto impossibile · possibile fecisset exemplo. Iam vero in verbis et confabulatione eius quanta gravitas · quanta dignitas erat · quam alacer quam efficax · et quam in absolvendis scripturarum questionibus promptus et facilis. Et quia multos ad hanc partem incredulos scio · quippe quos videri me ipso etiam referente non credere · testor ihesum spemque communem · me ex nullius umquam ore tantum scientie · tantum ingenii · tantum boni et tam puri sermonis audisse. Quamquam in martini virtutibus quantula est ista laudatio · nisi quod mirum est hominum illitterato · ne hanc quidem gratiam defuisse. Sed iam finem liber postulat · sermo claudendus est · non quod omnia que de martino fuerant dicenda defecerint · sed quia nos ut inertes poete extremo in opere neglegentes · victi materie mole succumbimus. Nam et si facta illius explicari verbis utcumque potuerunt · interiorem vitam illius et cottidianam conversationem · et animum celo semper intentum · nulla umquam vere profiteor · nulla explicat oratio · illam scilicet perseverantiam et temperamentum in abstinencia et ieiuniis potenciam in vigiliis et orationibus · noctes ab eo perinde ac dies actas · nullumque ab opere dei vacuum tempus · quo vel otio indulserit vel negotio · sed nec cibo aut somno quidem · nisi in quantum nature necessitas coge

bat. Vere fatebor: non si ipse ut aiunt ab inferis Homerus emergeret posset exponere. adeo omnia maiora in martino sunt quam ut verbis concipi queant. Numquam hora ulla momentumque praeteriit quo non aut orationi incumberet aut insisteret lectioni. Quamquam etiam inter legendum aut si quid aliud forte agebat numquam animum ab oratione laxabat. Nimirum ut fabris ferrariis moris est qui inter operandum pro quodam laboris levamine incudem suam feriunt, ita martinus etiam dum aliud agere videretur semper orabat.

O vere vir beatus in quo dolus non fuit. neminem iudicans. neminem dampnans. nulli malum pro malo reddens. Tantam quippe adversus omnes iniurias patientiam assumpserat ut cum esset summus sacerdos impune etiam ab infimis clericis lederetur. nec propter id eos aut loco umquam amoverit aut a sua quantum in ipso fuit caritate reppulerit. Nemo umquam illum vidit iratum. nemo commotum. nemo merentem. nemo ridentem. Unus idemque semper celestem quodammodo letitiam vultu praeferens. extra naturam hominis videbatur. Numquam in illius ore nisi christus. numquam in illius corde nisi pietas nisi pax nisi misericordia inerat. Plerumque etiam peccatorum qui obtrectatores illius videbantur solebat flere peccatis. qui remotum et quietum venenatis linguis et vipereo ore carpebant. Et vere nonnullos experti sumus invidos virtutis vitaeque eius qui in illo oderant quod in se non videbant. et quod imitari non valebant. Atque o nefas dolendum et ingemiscendum. non alii fuere insectatores eius licet pauci admodum non alii tamen quam episcopi ferebantur. Nec sane quemquam nominari necesse est. licet nosmet ipsos plerique circumlatrent. Sufficiet ut siquis ex his hec legerit et agnoverit erubescat. Nam si irascetur dictum de se ipse fatebitur. cum fortasse nos de aliis senserimus. Non refugimus autem ut si qui eiusmodi sunt nos quoque cum tali viro oderint. Illud facile confido omnibus sanctis opusculum istud gratum fore. De cetero siquis hec infideliter legerit ipse peccabit. Ego mihi conscius sum me rerum fide et amore christi impulsum ut scriberem manifesta exposuisse vera dixisse. Paratumque ut spero habebit a deo premium non quicumque legerit. sed quicumque crediderit.

Explicit liber Primus de vita sancti Martini. Incipit epistola Severi ad eusebium presbiterum postea episcopum.

Hesterna die cum ad me plerique monachi venissent inter fabulas iugesque sermones mentio incidit libelli mei quem de vita beati viri martini edidi. studioseque eum a multis legi et libentissime audiebam. Interea indicatur mihi dixisse quendam malo spiritu suscitatum cur martinus qui mortuos suscitasset flammas domibus depulisset ipse nuper adustus incendio periculose fuisset obnoxius passioni. O miserum quisquis est miserum. Iudeorum in verbis eius perfidiam et dicta cognoscimus qui in cruce positum dominum his verbis increpabant. Alios salvos fecit se ipsum salvum facere non potest. Vere plane iste quicumque est si illis temporibus natus esset et in dominum hac voce dicere potuisset qui simul sanctum domini blasphemat exemplo. Quid ergo quisquis es martinum ideo non potens ideo non sanctus quia est periclitatus incendio. O beatum et per omnia similem apostolis etiam in his conviciis virum. Nempe hoc et de paulo gentiles cum eum vipera momordisset sensisse referunt. Hic homo debet homicida esse quem salvum factum de mari fata vivere non sinunt. At ille excussa vipera in ignem nichil mali patiebatur. Illi autem subito casurum et re